



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

103. Pestie Monasterij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1666. prodire, quotquot à Batavis injurias, damnae
passi, jacturam præstari obtendebant, & ut
promptius impendia ab his reddi, quò cautius
sub id aduersitatem singulorum declinabat.
Ipsam Principem Auriacum Reip. filium
optârunt, quem sagaciores tamen brevi tem-
pore augurabantur. Admiranda fuit hoc tem-
pore Poëtarum Belgij propè totius in Mona-
steriensem Episcopum conspiratio, effulsit
convitia Batavis, in encomia Brabantis.

103. At verò uti multa secum mala bellum
Pestis hit, è confœderatis ita Provinciis in Monas-
Mona- steriensem Diœcesin hoc etiam tempore pesti-
sterij. lentiam invexit. Quæ lues dum plura hinc
dè loca corripit, Princeps non ignarus ma-
rem contagione, quam bello terris cladem
Sollici- ferri, haud intermisit curas in hoc omnes con-
tudo vertere, qua demùm humanâ ope susteret
C. Bern. valescens malum. Eo sine non pauca præ-
clare ordinavit; sed quod peccatis hominum
immittat hujusmodi flagella iratus justè Deus
ea tunc authore me, & jussu Principis, & al-
sensu Collegij Cathedralis, placando Numi-
ni ccepta est devotio, quam statis per hebdo-
madam diebus, in qualibet Civitatis Mona-
steriensis æde Parœciali, piè gaudeo, pari
animorum fervore & constantiâ hodiè
continuari. Princeps verò sub ea contagio-
Qui ne, commissâ Nobis curâ Diœcesis, Corbei-
Corbeia am discessit, ibidemque reliquum anni tran-
abit. egit;

egit; quem tot præfagiis multi ad eò prodigiosum, imò plurium fide, mundi postremum ridiculè fuerant ominati. Sanè tam delira vidimus quorundam ingenia, qui ex illo Vatis Apocalyptici (cap. 13. vers. 18.) *Qui habet intellectum, computez numerum bestia. Numerus enim hominis est: & numerus ejus sexcenti sexaginta sex. Christophorum Bernardum, contorto malè sensu, Antichristum voluerunt. Quod enim is ex mente interpretum habiturus sit nomen, in quo numerus senarius triplex (666.) vel sexcenti sexaginta sex, arithmetice continebuntur: & hunc numerum complecteretur Episcopi Monasteriensis nativum nomen: ChristophorVs BernarDV's GaLenVs: sive juxta vernaculum idioma: ChristophorVs Et imper BernarDV's Von GaLen: fuere in Hollandia, rite creditus est qui ex eo conficiebant hunc ipsum Antichristum esse. Sed quod Lutheri & Calvinii assentia Romanum Pontificem hanc bestiam jam christus. olim crearent: & hoc ipso anno Professor quidam Lugduni Batavorum, edito in vulgus libello, Turcam eum assereret; ut veriore sacri Codicis sensum taceamus, nimis perspicuum est, otiosum fortè blateronem aut ex factionibus quempiam, hoc nominis dehonestamentum Christophoro Bernardo per calumniam gratis affinxisse.*

FINIS LIBRI QUINTI.

INDEX.